

usque^c coniugio abstineant, nisi forte episcopus super eis mitius agendum perpenderit, sic utique, ut pena sit salvificans, non mortificans, pietas, sed non remissa^{d.1.}

(17) Dictum est, quod, quidam dum arborem succideret, fratrem eius cadens arbor oppresserit. Iudicatum est, si, dum posset cavere, qui oppressus est non cavebat, qui succidit arborem innocens videri. Tamen de securitate conscientie non multum presumendum, sed ad consilium episcopi non nulla penitentia subeunda, quia peccata plerumque sunt aliorum peccatorum penę^{2.}

(18) Medicus infantem incautius curans claudicantem effecit. Quesitum est, an gradum in clero talis mereri possit. Et visum est, quod huiusmodi debilitas, si alios bonos profectus ostenderit, eum a gradu non debeat inhibere^{2.}

(19) Clericus si tonsura dimissa uxorem^a acceperit, qui quidem sit sine gradu nec ad monasterium quodlibet a parentibus || traditus, si uxorem habere permittitur, iterum tonderi cogatur, nec³ invitus suam^{b.3} tonsuram negligere audeat. Quem autem progenitores ad monasterium^c tradiderunt et in ecclesia cepit cantare et legere, nec uxorem ducere nec monasterium deserere poterit. Sed si discesserit, reducatur. Si tonsuram dimiserit, rursus tondeatur. Uxorem si usurpaverit, dimittere compellatur. fol. 48 a.

(20) Puella si ante duodecim annos etatis sponte sua sacrum sibi velamen assumit, possunt statim parentes vel tutores eius id factum irritum facere, si volunt. At si annum et diem vel^{a.4} dissimulando consenserint, ulterius nec ille^{b.3} nec ipsa mutare^c poterunt. Porro si in fortiori etate adolescentula vel adolescens servire deo elegerint, non est potestas parentibus^d prohibendi.

(21) Vidua, quę sacrum velamen sibi inponit et inter velatas publice oraverit et oblatas fecerit, canones sanciant non posse eam ultra velamen dimittere.

(22) Mater parvulum suum iuxta focum ponit, ebullit aqua ex caldaria, qua superfusus infans perit. Videtur sola negligentia matris, non culpa ei(us)^e, qui focum construxit vel aquam in caldariam misit.

- 1) nisi forte . . . remissa *del.* 2) Tamen de securitate . . . penę *del.*
3) in vita sua *scr.* 4) id *scr.* 5) illi *scr.* 6) eis *C.*

- 16 (Reg. 2, 209). — c) ad finem usque — usque ad mortem *a.*
d) nisi forte . . . remissa — *om.* 18 (Reg. App. 1, 39). — a) inhibere — prohibere.
19 (Reg. App. 1, 40). — a) tonsura dimissa uxorem (cf. Burch. 8, 97) — tonsuram dimissa uxore. b) invitus suam — in vita sua. c) ad monasterium (cf. Burch. 8, 97, Wassersleben, Regino, p. 408, n. 79) — *om.* 20 (Reg. App. 1, 41). — a) vel — id, b) ille — illi. c) hoc *ins.* d) hoc *ins.*